cationem, ut superuacuam damnaue-
rum semper ac receceram, consentien-
tesq; mecum optimũ quemq; Ciuium ha-
bebam, dare tandem manus coactus
sim, et morem Magistratui, id à m.e pu-
blic.e petenti gerere; et ut nouum Mo-
nasterium ædificetur pati. Quamquam
si pari omnes studio consensuq; S.mo D.N.
ea de re supplicassemus, haud fortass.e
difficulter impetratum à sanctitate sua
esset, ut commutata testatoris volun-
tate Seminarium rem huic Eccl.ie sa-
luberrimam institui iuberet.

Diocæsis omnis quattuordecim circum Ame-
riam adiacentia Castella complecti-
tur, quorũ nomina hæc sunt; Lunianum,
Liuianum, Vardeia, Portianum, Frac-
tucia, Attilianum, Iouis, Penna, Mon-
tecampanum, Macchia, Fornolis, S. Fo-
ceculi, Foc.e, Collicellum. Finitimos
Ep.os habet Tudertinum, Narniensem,
Balneoregiensem, et Hortanum. Lu-
niani Collegiata Eccl.ia est quatuor

Cano-

nicorũ, quorũ caput est Archipresbiter,
penes quem, et Capitulum est animarũ curæ.
In singulis locis instituta sanct.mi Sacramen-
ti, et aliæ præterea societates sunt, ac
Luniani etiam duo sunt fratrũ Conuen-
tus alter obseruantiũ, alter Capucinorũ
et inter Pennam, et Iouem est item alius
obseruantiũ fratrum Conuentus.

Ameriæ capita hominum ad quinq; milia
censentur ——— 1000.
Luniani ——— 930.
Leuiani ——— 121.
Portiani ——— 685.
Attiliani ——— 300.
Vardeia ——— 338.
Iouis ——— 815.
Penn.e ——— 429.
Monte Campani ——— 495.
Macchiæ ——— 282.
Fornoli ——— 161.
S.ti Foceculi ——— 134.
Fractucciæ ——— 237.
Foce ——— 399.
Colicelli ——— 320.